



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quàm perniciosum sit, dubitare de gratia Dei erga nos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

moniarum, cantus, preces, &c. non superiores, sed servi; non nucleus, sed testa, qua continetur nucleus; scut enim venter continet, nutrit ac fouet foetum, ac tandem parturit: sic ordinationes & ritus quāuis ipsi. si non sint pietas, sunt tamen vincula, quæ adiungunt nos sacris, & retinent quousque parturimus Christo. Si reijcias testam, ubi manebit nucleus? vel quando perueniet ad maturitatem? habemus enim non solum Spiritum, sed etiam corpus, quod trahitur & enutratur ritibus externis, Spiritus autem intus exatiatur fide in Christum. Et quoniam licentia seditionis parit infinita scandala, sectas & factiones: deinde, quod natura hominum carere non potest cæremonijs & ritibus, summo studio amplecti & venerari debemus cæremonias Ecclesiæ: prosunt & maximè, si unifomes sint ad disciplinam & tranquillitatem. Saltem maneat finis politicus, & detrahatur illis opinioiustiæ ac salutis: & sic placebunt Deo, & suis præmij ac fructibus non carebunt, quatenus iuuant & subseruiunt cultui Ecclesiastico, &c.

CAPVT XXI.

ARGUMENTA.

1. *Quām perniciosum sit dubitare de gratia Dei erga nos.*
2. *Unde reddamus certi de gratia & amori Dei erga nos.*
3. *Quomodo illa luæta sine dubitatio naturaliter inharet mentibus hominum.*



P O Stolus inquit Rom.10. ex propheta Ioële: Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Sed quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt quasi dicat, de quo dubitant, an sint in

gratia

Si dub

no po

tuunt

ratio

ficia

rum,

nem,

Nam

more

quod

gener

ex fid

ta fid

tum e

Deun

stum,

de &

pier

forc

stum,

de &

pier

titia, v

sonan

uat b

Se

um l

us si

natu

remi

ex al

bus

quo

gratia, an Deus remittat peccata, an exaudiat &c.
 Si dubitant, quomodo certa fide inuocabunt illum?
 non possunt ergo illū inuocare iij, qui non certò sibi statuant se exaudiri. Ideò hæc dubitatio adserit desperationem, odium DEI, & tollit in vniuersum beneficia Christi, & omnem consolationem conscientiarum, exercitia fidei, id est, inuocationem, dilectionem, pietatem, deuotionem, & vniuersum cultum. Nam vrget dubitatio, vtrum homo apud Deum amore an odio dignus sit. & sic hæret in ambiguo, quod Deo maximè displicet. Ideò dixit Apostolus generalem regulam Romanor. 14. Quicquid non est ex fide, peccatum est, id est, quicquid non est ex certa fiducia, quod Deo placeat & gratum sit, peccatum est. Semper ergo statuere oportet nos habere Deum propitium per misericordiam propter Christum, ne quicquam faciamus quod nobis istam fidem adimat, quæ ante omnia est habenda & necessaria magis quam omnia opera, etiam in opere, sic quod Deo placemus propter istam fidem, & non propter hoc opus nostrum: nam fides quæ tenet nobis fore propitium Deum ex misericordia propter Christum, primò personam iustificat & gratam facit, dein de & opus nostrum, quod certo & Deo placet propter Christum: qui igitur dubitat fide, an sit in gratia, vel an placeant opera eius hæc dubitatio nec personam vel opus iustificat, sed potius defermat ac priuat beneficio Dei, & maximum est peccatum.

2.

Secundò, hoc verum est quod naturaliter omnium hominum animis hæret hæc dubitatio, an Deus sit nobis placatus, an exaudiat nostras preces: & naturaliter non possunt statuere homines, quod sibi remittantur peccata &c. Ideò oportet certitudinem ex alio loco accipere ex Euangeliō & promissionibus Dei. Iubet enim Euangeliū nos certò statuere, quod Deus velit nobis remittere peccata gratis pro-

FF

pter